



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

23. Executor, cui nulla ratio executionis præscripta est à testatore, legibus
niti debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

non vult: vt l. diligenter. ff. mand. & instit. eo. tit. §. 1. sicut delegatus iudex rescripti formam iubetur intueri: vt c. cum dilecta. de rescript. l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs. sicut etiam, qui ex compromisso vim, auctoritatem, libertatemq; solet suscipere. l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arbit. l. ne in arbit. & l. cum antea. C. eod. Sic etiam ipse commissarius seu executor omnia ex voto ac voluntate testatoris debet implere: modò illa voluntas non sit probrosa, inhonestàue legibus inimica: vt l. conditionibus. la. 1. & 2. & l. seq. & l. quidam in suo. ff. de condi. instit. & l. si cum dies. §. compromisso. ff. de arbitris.

- 23 Qui executor est factus, si per testatorē vel iudicem sibi nullus modus neq; mensura prefixa est, tunc id exequatur, vt faciat quod sibi per leges licet, aut canones: nam sicut nulla res humana est, quæ non casareis legib. sit diffinita: vt in toto titu. ff. & C. de legib. ita nullæ, quæ non eccle. consti. decidi possint:
- 24 vt c. super spec. de priui. & idem puto de Theologia, ad quam moralis Philosophia tota se declinavit. Quoniam illa est legum parens & alumnus